Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



159

defunctorum de manu inferni et de profundo lacu libe-
ra eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne
cadant in obscurum sed signifer sanctus michael
repraesentet eas in lucem sanctam. Quam olim abra-
he promisisti et semini eius ℣ Hostias et preces tibi
domine laudis offerimus tu suscipe pro animabus
illis quarum hodie memoriam agimus fac eas de
morte transire ad vitam ℣ Redemptor animarum do-
mine jesu christe mitte archangelum sanctum michae-
lem ut ille signifer eas exipiat de regionibus tene-
brarum et perducat eas in lucem sanctam
Secreta. Pro pluribus fidelibus. Ad hanc igitur oblationem quam
tibi offerimus. ob diem depositionis pro
anima famuli tui placatus ac benignus
assiste. per. Secreta. Pro sacerdote in septimo et tri-
cesimo Suscipe quaesumus domine hostias
placationis et laudis quas in honorem tui nominis
tui pietatem nominis tui consecrandas offe-
rimus et pro requiem famuli tui. N. sacer-
dotis tibi supplicat immolamus. P. Secreta
pro fratribus in sacerdote in septimo et tricesimo
Propitiare quaesumus domine animae famuli
tui. N. pro qua tibi hostias placatio-
nis offerimus ut eam quam in hac luce in fide ve-
ra et catholica in sancta spe et pacem
ab hac mundo commoneris. per dominum nostrum.
Secreta pro sorore monialis in septimo et tricesimo